Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Manda Remanda Expecta Reexpecta Modicu ibi Modicu ibi Si moram
fecit expecta eu quia veniet et no tardabit Introitus gloriae et
captatorie benivolencie ut enim quod expectabant facilius obtineant ad
tota trinitatis tui glorificatore clamabant Ostende nobis domine misericordiam tuam Et
salutare tuum da nobis Qui sedes super cherubim appare coram Effraim
Beniamin et Manasse Quorum tandem clamore exaudiens spiritus sanctus
vnxit eum oleo leticie pre consortibus suis et ad Evangelizandum pauperibus
destinavit secundum quod ipse filius per prophetam testatur Spiritus domini super me propter
quod vnxit me evangelizare pauperibus misit me Hoc ergo desiderium
antiquorum Introitus itaque representat Non ~~secundum intellectum vero~~ in intellectu vero
sed iubilo cantilene Celestinus papa constituit ut psalmi David Centum
quinquaginta ante sacrificium canerentur antiphonatim ex omnibus quod
ante non fiebat sed epistola tantum et evangelium legebantur Excepti sunt ergo de psal
mis Introitus Gradualia quoque et offertoria nec non communiones que cum mo
dulacione ceperunt ad missam in ecclesia romana cantari Antiphona vero
re Kyrie dicitur yxx (?) recipra quod duo chori reciprando vicissim melodiarum
cantus alternant

De Kirieleyson

Cum ergo iam tempus plenitudinis et dominus benignitatis adveniret sicut predictum
fuerat a psalmista Tu exurgens misereberis Syon quia venit
tempus miserendi eius Congrue chorus tunc cum nudis subiungit Kirieley
son quod interpretatur Domine miserere Unde psalmus Domine miserere mei Decem exper
tamur. Dicitur autem hoc Nomen novies contra novem genera peccatorum Est enim peccatum Originale
corporale et veniale hoc est Serpens mentis et unus Serpens non in compuste a
suggerit originale Mulier in delectacione comedit veniale Vir in tanto
consentit mortaliter Est et peccatum Cogitacionis Locucionis et operacionis
Cogitacionis in corde locucionis in ore operacionis in opere hoc est Mors in domo Mors in porta
Mors in monumento Rursus est peccatum fragilitatis Simplicitatis et Maliciae
fragilitatis per impotenciam Simplicitatis per ignoranciam Maliciae per invidiam
hoc est peccatum in patrem in filium et in spiritum sanctum. Et ideo ter dicitur ad patrem Ki
rye Ter ad filium Christe Ter ad spiritum sanctum Kyrie Sed ad patrem et spiritum
sanctum sub eodem tamen vocabulo Quia quod pater et spiritus sanctus sunt tamen eiusdem nature
Et ad filium sub alio quia filius et si sit eiusdem nature cum illis Est tamen alterius
ut gemine Gigas substancie Vel ideo dicatur hoc Nomen ut ordo
decimus ex hominibus reparatus novem societ ordinibus angelorum Beatus Gre
gorius Kyrie ad missam cantari precepit a clero quod apud grecos
ab omni populo cantabatur

De Gloria in excelsis

Quod sequitur hympnus angelicus temporali Christi nativitati perhibens
testimonium quem ille primus nunciando pronunciat qui angelum
magni consilii representat Chorus autem continendo prosequitur Quia